

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5269

Auteur(s) : Célestin III [pape]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Sainte-Marie-Madeleine (hôpital)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1197, 5 mai

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Célestin [III] prend l'hôpital Sainte-Marie-Madeleine de Rouen sous sa protection et confirme les biens et les droits dudit hôpital.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 333, p. 414-415.

Texte établi d'après a

CELESTINVS episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis languentibus hospitalis domus sancte Marie Magdalene de Rothomago salutem et apostolicam benedictionem. Loca, que subuentioni pauperum et aliis piis operibus deputata noscuntur, sinceriori debemus caritate diligere et eorum utilitati ac defensionem auctore domino propensius imminere. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu domum uestram et personas cum omnibus, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et, ut firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant, apostolica auctoritate censemus. Specialiter autem locum ipsum, in quo domus uestra fundata est, cum pertinentiis suis et locum sancti Nicholai de Belueier cum domibus et terris et aliis rebus ad ipsum pertinentibus, ecclesiam sancti Suplicii de Hotot cum pertinentiis suis et ecclesiam de Watetot cum pertinentiis suis et alia loca, possessiones et bona quelibet eidem domui pia largitione concessa et alnetum, pratum et terram inter Forestam et Secanam iuxta Kuulleium, sicut ea ex donatione karissimi in Christo filii nostri Ricardi illustris regis Anglie iuste et canonice possidetis, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes insuper, ut de noualibus uestris, que propriis manibus uel sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium uestrorum aut de ortis uestris nullus a uobis decimas extorquere presumat. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat capellano uestro clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa uoce diuina officia celebrare. Decernimus ergo etc. Si quis autem etc. Dat. Lateran. III non. maii, pontificatus nostri anno septimo.